

laismo: id quod in primis D. Hunnius p. m. prolixè ostendit præter
in Exam. I. controv. Bellarminianæ. XVI.

Non minor est consensus Papatus cum reliquis nobilio-
ribus hæreticis, cum *Simonianis* res sacras & actus spirituales ven-
dant Pontificij, coram imaginibus procidunt, devotè eas ve-
nerantes, traditiones jaçant, scripturas accusant. Cum *Saturni-
nianis* matrimonium & esum animalium prohibent. Cum *He-
racleonitis* extremam unctionem morientibus conferunt.
Cum *Helcesaitis* sacra sua linguâ ignotâ peragunt. Cum
Archonticis peculiare Angelorum ordines fingunt. Cum *Encrati-
tis* continentiam jaçant, Cum *Marcionitis* per Christi descen-
sum ad inferos quorundam animas inde ereptas & liberatas
somniaut, & virginitatem perpetuò inculcant. Cum *Monta-
nistis* insufficientiam scripturarum, legis inimicorum, prohibi-
tionem nuptiarum, dissolutionem conjugii docent. Cum *No-
vatianis* dubitationem de remissione peccatorum urgent. Cum
Samosatenianis omnem verâ ac realem idiomatum communi-
cationem in Christo negant. Cum *Manichæis* angelorum cul-
tum renovant, Biblia averfantur, peccatum non nisi volunta-
rium esse, certorum ciborum prohibitionem docent, in electis
suis, hoc est, sacerdotibus nuptias criminantur, & in commu-
nionem sacra alteram tantum speciem habent. Cum *Donatistis*
Ecclesiam ad se tantum adstringunt, vera Ecclesiæ membra
pura & sine peccato propriè sic dicto esse somniant, verbi & Sa-
cramentorum vim à ministri intentione & dignitate suspen-
dunt. Cum *Eunomianis* de decalogo contra decalogum mul-
ta enormia errata docent. Cum *Andianis* peccata & quævis
licet ridicula & pudenda sibi narrari volunt, & de non detectis
remissionem non donant. Monachi cum *Messalianis* seu *Eu-
chetis*, se solos spirituales nuncupant, & in nocturnis diuturnisq;
cantionibus, ac precibus animarum salutem ponunt. Idem
cum *Catharis* mundiores se cæteris prædicant, & in operibus
confidentiam habent. Cum *Nudipedalibus* nudis incedunt
pedibus. Cum *Priscillianistis* revelationes jaçant, conjugium
contemnunt, mendacia religionis causa, ut & periuria licita
contendunt, Cum *Collyridianis* Mariam virginem religiosè